

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696

§. CIII.

urn:nbn:de:bsz:31-105465

rio, illos *sincera ac celestis fidei confessores, quoscivilis & Academica censura, conspirantibus viris Ecclesiasticis, ab officio movit, velut pestiferam aliquam luem* (λοιδόρον Act. xxiv. 5.) & *noxios homines ab omnibus habendos esse arbitrentur &c.* Multa quidem hic dicuntur, sed mera verba negotio non sufficiunt: Aliud nos docere potest supra instituta collatio dogmatis chiliaristici & ipsius fidei nostræ, ex quâ abunde patet, non credere eos mendacio, qui chiliarismo contradicunt; sed potius hoc ipso â mendaciis sibi cavere, nec ob sinceram celestis fidei confessionem quenquam inter nostrates ab officio motum esse; sed ne dogmata Scripturæ S. adversantia in Ecclesiis nostris ulterius disseminarentur.

CIII. Mitto cætera passim per totam Animadversionem sparsa scommata, cum de re potius quam de personis hoc in negotio cura esse debeat. Deus quippe, qui cordium & renum est scrutator, solus omnium rectissime cujusq; animum novit, & unicuiq; retribuet secundum opera sua. Hujus arbitrio rem totam Summe Venerabilis D. Præceptor semper commisit, ipse interim Christianâ ἀμνησία libenter adversariis suis condonans, quicquid illis intempestivus furor, ut in ipsum evomerent, suggestit. Si ab illorum parte veritas staret, qui convitiis & criminationibus utramque paginam ubique implere callent, nec nobis verba defutura essent, in eadem palestrâ strenue nos exercendi atque ostentandi: Sed meliora edocti sumus â Salvatore nostro, qui vel acerbissimas sannas ac sarcasmos, quos in ipsum, etiam in cruce pendentem, eructavit plebs Judaica, cum senioribus illorum, ad summam usque patientiam tulit & silentio excepit ὅς λοιδόροῦμεν ὅτι ἐν τῷ λοιδόρῳ, πάστων οὐκ ἔπειλα· παρεπίδου· τῷ κείνῳ δικαίως. Ve-

Veritatis quæ
ca illam inter
D. Animadver
paratoris vic
gamma, & r
Abfit itaq; ut
es in D. Ani
serviamus; I
repecturi, idq
mate vindica
veribus quâ
ta corda qu
tinet, ut ipsi
fidei, miseric
lacetur.

CIV. U
adversione
rextione:
radant sub
atur nihil
era sunt co
ta, quod chi
xxxii.) Arg
narium ad
publice priva
um, & ille q
Atqui C
salutem; at
privatimq; d
Respon
rextionem
dogma ad fai
quo errore.

Veritatis quippe res hic agitur, non illorum qui circa illam inter se hic dissident, nec impugnandus fuisset D. Animadvertenti Autor Programmatis, si boni disputatoris vices tueri voluisset, sed ipsum & solum Programma, & rationes ibi contra chiliaismum productas. Absit itaq; ut simili modo mordacem calamum acuentes in D. Animadvertentem eadem retorquendo desceviamus, licet audacter quæ falsa deprehendemus rejecturi, idque ipsius Salvatoris Exemplo, qui in veritate vindicandâ non minus atque in cæteris pietatis operibus quàm sæpissime nobis præivit. Deus interim corda quorumvis maledictis se oblectantium ita dirigat, ut ipsi ad bonam frugem tandem redeuntes, à Patre misericordiarum criminis hujus veniam adipiscantur.

CIV. Ut igitur in eodem ordine cum ipsâ Animadversione me contineam, agendum erit ex §. 7. de quæstione: An Chiliastæ dogma regni millenarii obtrudant sub necessitate credendi? (quæ enim §. 6. dicuntur nihil continent rationis pro chiliaismo, sed mera sunt convitia, nisi quod ibi poscitur demonstratio, quod chiliaismus sit error: quam lege suprâ num. LXXXII.) Argumentum erat: Omne dogma non necessarium ad salutem, quod sub necessitate ad salutem publice privatimque docetur & urgetur, est hæreticum, & ille qui id ita defendit, est anathema.

Atqui Chiliaismus est dogma non necessarium ad salutem; at hodie sub necessitate ad salutem publice privatimque docetur & urgetur: Ergo

Respondet hic primo D. Animadvertens, contradictionem esse, quod chiliaismum velimus dicere dogma ad salutem necessarium, cum eum habeamus pro errore. *Quis autem, inquit hic, errorem, levem li-*